Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



cam. Erat autem tunica inconsutilis: desuper
contexta p totum. Dixerunt autem ad inuicē.
Non scindamus eam: sed sortiamur de illa cuī
sit. Ut scriptura impleretur dicens. Partiti
sunt uestimenta mea sibi: et in uestem meam
miserunt sortem. Et milites quidem hec fece
runt. Stabant autem iuxta crucem ihu mater
eius: et soror eius maria cleophe: et maria mag
dalene. Cum uidisset g̃ ihs matrem et discipu
lum stantem: quem diligebat: dicit matri sue.
Mulier: ecce filius tuus. Deinde dicit discipu
lo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam
discipulus in sua. Postea sciens ihs quia iam
omnia consumata sunt: ut consummaret scrip
tura dicit. Sitio. Vas g̃ positum erat aceto ple
nū. Illi autem spongiam plenam aceto ysopo
circumponentes: obtulerunt ori eius. Cum g̃
accepisset ihs acetum dixit. Consummatum est.
Inclinato capite tradidit spm. Iudei g̃ quo
niam parasceue erat ut non remanerēt in cruce
corpa sabbo: erat enim magnus dies ille sabbati:
rogauerunt pylatum ut frangerentur eorum
crura et tollerentur. Venerunt g̃ milites: et
primi quidem fregerunt crura: et alterius qui
crucifixus est cum eo. Ad ihm autem cum ue
nissent et uiderunt eum iam mortuum: non fre